



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

De cura Pastoralis circa institutionem & instructionem certarum
personarum, & primum

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

Maria die Jungfraw mit ihren lieben Kindelin wolle
 vns alle benedeyen. Vor dem schnellen vnd vnverse-
 henen Todt/ vnd vor aller gefährlichkeit Leibes vnd
 der Seelen/ behüte vns Gott der Vatter ✠ / Gott
 der Sohn ✠ / Gott der heilig Geist ✠ / Amen.

**DE CVRA PASTORALI
 CIRCA INSTITVTIONEM ET INTSRV-
 ctionem certarum personarum.**

ET PRIMVM,

**DE SACELLANIS,
 Vicarijs, Altaristis, &c.**

I.

Pareant in primis Parochi statuto Synodali, quo districtè man- Syn. dioces.
 sub Ernesta
 Anno 1598.
 tit. 2. num. 1.
 datum est, vt omnes Pastores per diocesim Coloniensem de sua
 Iurisdictione ac Canonica institutione siue inuestitura coram
 suo quique Archipresbytero, sint, vt vocant, Decano rurali per
 legitima instrumenta fidem faciant, ac ad manus eorundem professionem
 fidei edant, secundum formam à Sacra Tridentina Synodo præscriptam.

II. Prouideant etiam ac aduigilent, vt nullus Sacerdos siue Secularis siue Syn. dioces.
 num. 5. tit. 2.
 Conc. pro-
 nine. Anno
 1536 part. 4.
 4. c. 5. & 6.
 regularis, etiam exemptus, administrationem Sacramentorum, & præci-
 puè confessionum audiendarum munus, aut prædicationem verbi diuini
 in Ecclesijs suis publicè sibi sumere audeat, nisi doctrina, moribus & vita
 probatus fuerit examinatorebus ex Colonienſium Pastorum & Theolo-
 gorum ordine deputatis, ac Vicarii approbationem, quæ gratis dabitur, in
 scriptis obtinuerit, priuilegijs contrarijs quibuscunque, & consuetudine
 etiam innumerabili non obstantibus.

III. Porro conuenit vt constitutionem istam Pastores in Concionatorum
 admisione ideo diligèter admodum obseruent, quod decreto magni Conc.
 Lateranensis omnes qui prohibiti vel non missi præter auctoritatē ab Apo- Conc. Late-
 ranens. cap.
 quia verò
 inuulsi,
 stolica sede, vel Catholico Episcopo loci susceptā publicè vel priuatim præ-
 dicationis officiū vsurpare præsumperint, excommunicationis vinculo
 inno-

innotari, & nisi quantocius resipuerint, alia competenti pœna plecti iubeantur.

*Syn. dioces.
sub Ernesto
tit. 4. &
Conc. prouin.
Anno 1536.
p. 1. c. 31.
Concil. Trid.
sess. 22.*

IV. Non permittent etiã Pastores vlli vago, ignoto peregrino Sacerdoti, siue secularis siue regularis sit in suis Ecclesijs celebrare, aut alios actus Sacros exercere, priusquam de ordinatione sua ritè adepta, deque vita, moribus, eruditione, & titulo fidem fecerit per sui Ordinarij literas aut publica iustrumenta, docueritque nullo Ecclesiastico impedimento se ab executione ordinis arceri, & à vicario nostro in Spiritualibus, vel si extra Coloniã versatur; à Dicano rurali, ad quem illius loci cura spectabit, licentiã in scriptis obtinuerit.

*Stat. Archi-
episc. VVilb.
Anno 1362.
fol. stat. 183.
num. 32.*

V. Et sicut Pastoribus est munus operam dare, ne sacrarum fundationum iura in suis Ecclesijs intercitant, neue erecta à fidelibus officia Missarum, aliãque fundationes piã ministrorum negligentia omittantur, aut etiam non sine graui culpa omnino depereant: ita quoque curabunt, ne Altaristæ seu vicarij sibi in aliquo derogent, vigore statuti Archiepiscopalis, quo distinctè sub pœna excommunicationis iniungitur omnibus Altaristis, Capellanis perpetuis, beneficiatis, intitulatis in Ecclesijs parochialibus, aut intra limites earundem, Plebanis ac Rectoribus matricis Ecclesiæ, quo ad iura ipsis tam de iure, quam de consuetudine debita intendant reuerenter, si canonicam effugere velint debita vltionem.

*Decr. Archi-
episc. VVilb.
fol. stat. 182.
num. 30.*

VI. Insuper Ecclesiarum Parochialium Rectores, ne ipsi aut eorum vicarij, quosque præterea habent suis Ecclesijs ascriptos sacerdotes, in diuinis officijs celebrandis, Sacramentis ministrandis, sine superpellicio, seu veste linea exteriori in Ecclesijs inueniantur, sub pœna suspensis ab officio, prout salubriter decreto Archiepiscopali iam olim sancitum fuit.

DE CVSTODIBVS SEV CAMPANARIIS.

I.

*Syn. dioces.
Anno 1612.
tit. 4.*



Eustodes nullo modo admittantur nisi Catholici & probæ vitæ, ac præuia fidei professione: Neque assumentur nisi de consensu Pastoris, & non nisi eius aut Decani sui examine.

*Dec. Syn. sub
Menr. Anno
1307. cap. 16
& Synod.
112. vt su-
14.*

II. Quantum fieri potest literati recipiantur, qui ad communiter in templis vñtata presbyteris respondere valeant, & sciãnt, quæ sui sunt officij, nec non cantum Gregorianum.

III. Singulis annis Custodes tradant suis Decanis Rescriptiones suorum prouentuum, sub pœna duorum thalerorum.

IV. Emit-

IV. Emittant etiam iuramentum fidelitatis, ac præstent ante suam admissionem debitam & sufficientem cautionem.

V. Tradatur Custodibus inuentarium bonorum Ecclesiæ, iuxta quod, quando Pastoribus visum, res sibi creditas ipsis exhibeant, atque recte à se habitas & seruatas probent.

VI. Panes & alios redditus Custodibus debitos fideliter ac irremissibiliter exigant sub poena priuationis.

VII. Lampades & luminaria Ecclesiæ inter teneant, curentque vt Ecclesiæ Altraria, candelabra, vasa, imagines & alia ornamenta sint munda, & quoties opus erit auferant aranearum telas, ac pauimentum templi euerant.

VIII. Vt ter in die iuxta morem Ecclesiæ pulsent, & cætera fideliter faciant, quæ antiquitus & de iure Custodibus incumbunt.

IX. Denique vt religiosè sua exequantur officia non in quotidianis suis vestibus ministrèt, sed tempore diuinorum alba seu lineà veste sint induti, sub poena depositionis ab officio, si in hoc rebelles extiterint.

*Stat. Archi-
episc. VII.
c. 31.*

*Hem. c. 16.
Adolp. III.
fol. stat. 44^o.*

IURAMENTVM CUSTODIS.

Ich **N.** Verheisse vnd gelobe Gott vnd seiner lieber Mutter/ allen Heiligen vnd Sanct **N.** dieser Pfarckirchen (oder Capelle) Patron/ daß ich trewlich alle Kirchliche Güter vñ Sachen/ sarnemblich aber die Schlüssel der Kirchen/ so lang ich am Ampt bin/ verwahren will/ gelobe auch dieselbige wieder dem willen meines Pfarherins oder derselbigen Geistlichen Obrigkeit niemand zu lieffern/ ja dem Pfarherr oder Geistlich Obrigkeit/ als Bischoff vnd Landechant/ ic. wil ich in allen dingen/ so mein Ampt antrifft/ vnd so lang ich das Ampt habe/ gehorsamb seyn/ vnd was der Kirch nützlich vnd zierlich sein wird/ daß will ich befördern/ was aber den dienst Gottes abbruchig/ der Kirchen schädlich oder vnehrlich möge seyn/ nach meinem Vermögen vmb Gottes vnd meiner armen Seelen heil willen/ gern vnd fleißig allezeit verhindern. So helffe mir
Gott vnd alle seine Heiligen/
Amen.

Gg

DE

De Ludimagistris.
 DE LV DIM A-
 G I S T R I S

I.

*Syn. dioces.
 sub Ferdin.
 Anno 1612.
 tit. 5.*



Vlli admittentur vel tolerabuntur Ludimagistri, nisi cum præscientia & examine Decani districtus, in quo schola sita fuerit.

II. Ante admissionem faciant professionem fidei Catholicæ.

III. Iurabunt quoque se non admissuros, neque docturos hæreticorum libros, sed tantum à Decano & Pastore approbatos.

IV. Debitam Decanis & Pastoribus obedientiam spondebunt.

V. Dominicis & festiuis diebus pueros ad sacrum atque concionem, & ad vespervas, vbi moris fuerit, adducant.

VI. Quater, ad minimum in anno eosdem confiteri faciant.

VII. Prælegent Catechismum Romanum, aut alium cum Decani & Pastoris consensu.

VIII. Nullas exhibebunt Comœdias, nisi à Decanis & Pastoribus approbatas.

IX. Quantum fieri potest quotidie pueros in cantu Gregoriano instituant, minimum autem omnibus Sabbathinis & profestis diebus.

DE M A G I S T R I S
 F A B R I C A E

I.

*Decr. Synod.
 Anno 1612.
 tit. 6.*



Magistri fabricæ sint Catholici, & professionem fidei ac fidelitatis iuramentum edant.

II. Necessaria Ecclesiæ, & ad eandem spectantia procurabunt, diligenterque curabunt ne bona fabricæ in alium usum conuertantur.

III. Nihil noui procurent, vel ædificent citra Pastoris consensum.

IV. Vt computum quotannis non sine Pastoris præsentia exhibeant, ac requisiti parati sint reddere rationem omnium reddituum Archidiaconis, aut suis Commissarijs visitantibus, aut alijs exigentibus.

DE

De Magistris pauperum. 241
DE MAGISTRIS PAUPERUM ET HOSPITALIORUM.

I.



Magistri pauperum & Rectores hospitaliorum non assumantur nisi Catholici.

Dec. Synod. dioces. Annæ 1622. tit. 7. c. 3.

II. Non distribuant elemosynas alijs personis, quam Catholicis, & quibus ex fundatione debentur.

III. Agnoscant Archidiaconos & Pastores tanquam generales prouisores pauperum & perpetuos, quibus cura pauperum præcipuè incumbit.

IV. Vtrique iuramentum fidelitatis præstent, & benivolos se erga pauperes demonstrant.

V. Aduigilent diligenter ne infirmi sine Sacramentis Ecclesiæ à vita discedant, aut necessaria salutis cura destituantur.

VI. Sicubi profanata sunt hospitalia restituantur, & diuina officia ibidem iuxta fundationes peragantur.

DE OBSTETRICIBVS
DELIGENDIS, ET EARVNDEM IN-
structione ac iuramento.

I.



Per magni uti Reipublicæ, sic Ecclesiæ interest, ut obstetricandi munus, non quæuis promiscuè mulieres; verum certæ selectæque obeant. Ut enim ex imperita incautaque eius administratione infantes multi certam vitæ huius momentaneæ patiuntur iacturam: ita metuendum, ne non pauci impia ac hæretica quarundam obstetricum fraude, etiam salute sempiterna maleuolè priuentur.

II. Quocirca operam dabit Parochus, etiam, si opus sit, adhibita Magistratus ciuilis, vel Aediliū parochiæ auctoritate, ut quoties obstetrix designanda, honestiores ac probiores suæ Ecclesiæ fœminæ conuocentur. Has sedulo admoneat, ut deposito omni odio, amore vel fauore, omnium quæ crediderint ad officium hoc aptissimā & fidelissimam, & præcipuè, quam nunquam de hæresi vel maleficio nouerint suspectam fuisse, designent, & quidem si istud Parochiæ amplitudo requirat, etiam plures.

III. Cum verò aliqua electa ac constituta fuerit, curabit ut ea mox iuxta subiectas formulas & instruatur, & iuramentum præstet. Quod quidem ipsa per se legat, si possit: Sin minus, Parochus prior pronunciet, & illa sequatur, eadem & singula verba repetens.

Gg 2

INSTI-

I N S T R U C T I O

O B S T E T R I C V M .

I.



Tante omnia formam baptizandi benè sciant, dicendo lingua vulgari: *Ich tauffe dich im Nahmen desß Vatters ✕ / vnd desß Sohns ✕ / vnd desß heiligen ✕ Geists / Amen.* Simul proferendo verba, & effundendo aquam.

II. Vt in nullo alio liquore infantes baptizent, præterquam sola aqua naturali, puta pucteali, fontana, pluuiali, &c.

III. Vt in baptizandis paruulis hoc intendant facere, quod facit Ecclesia Catholica cum eos baptizat.

IV. Vt nunquam ad leuandum partus dolores, vel ad partum accelerandum supersticiosas aut illicitas artes circa infantes aut parturientes matres adhibeant.

V. Vt ab illarum prolium baptismo semper abstineant, quas mortuas viderint, nec vllum vitæ signum edere.

VI. Vt nunquam baptizent pueros nisi iam natos, & postea quàm integrè prodierint. Nec illos quidem, nisi in necessitate, hoc est, vbi mortis periculum metuitur.

VII. Vt si puer periculum euaserit, quàm primum deferant ad Ecclesiam, vt à Sacerdote omnes omisæ cærimoniæ, & sacræ vnctiones supplicentur, ipsæq; quod à se factum, Pastori aperiant.

VIII. Vt si partus sit difficilis, & infanti periculum imminet: siquidem caput emerferit, baptizari possit, nec necesse vllum postea fieri baptismum; eò quod in capite sensus omnes vitæque integritas existat, quæ in membris alijs non reperitur. Et proinde si non nisi aliud aliquod membrum egressum sit, possit quidem urgente periculo infans baptizari; sed si postea totus plenè editus fuerit, sitque periculum, ne antequam Sacerdotis copia haberi possit, moriatur, sub conditione à se baptizari possit hoc modo: Si non es baptizatus, baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

IX. Vt parentes, quorum proles ipsis obstetricantibus natæ sunt, admonèant, vt eas quàm primùm, aut certè intra octiduum baptizari curent. Istud negligentes Pastori denuncient.

X. Vt sicubi difficiliiores sint partus, timoratè agant, & plures ac peritiores vna secum obstetrices assumant.

L.V.B.A.

I V R A M E N T V M
O B S T E T R I C V M

Ich **N.** verheisse vnd verspreche Gott dem Allmechti-
gen/vnd seiner gebenedeyten Mutter/vnd dem oder der
N. Patronen dieser Kirchen/vnd allen Heiligen Gots
tes/auch euch meinem Pfarhern in gegenwertigkeit diesen An-
wesenden Personen: Daß ich mein Ampt in erlösung der gebies-
renden Frauen wil getrewlich (als viel mir möglich) in dieser
Pfarkirchen/oder wo es sonst billich von mir gefordert wird/ver-
richten: Neben dem wil ich auch durch meine Vnachtsambkeit/
die Kinder keines wegcs in Gefahr lassen kommen/sondern an-
dere Frauen/welche darumb besser Verstand haben dann ich/ in
dieser sachen gern rathcsfragen. Ich verheisse auch/daß ich keines
wegcs gebrauchen werde/einige vnerlaubte Mittel/welche eini-
gem Gebott Gottes zuwieder seynd/vmnd daß ich alles auffcs
trewlichst verrichten werd/ohn Haß/Neid oder Nachrede/son-
dern in allen ehren/wie mir das für Gott vnd den Menschen ge-
bühren wird/in besondern geistlicher vnd leiblicher Gesundheit/
so wol der Mutter/als des Kindes. Hierin wol Gott mein Helfe-
fer seyn/Amen.

Sacerdos subijciat.

Fräw verheißt ihr diß nicht also / vnd thut ewern Eydt dar-
auff?

Obstetrix respondeat.

Ja Herz.

G g 4

BENE.